



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Tertia Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

Tria peccati genera

cupiditates, quæ ad luxuriam referri videntur, non interficiunt. Secundo, tria esse peccatorum genera, quædam ex mera malitia & iniustitia committuntur, quæ proinde gravia sunt & enormia, qualia sunt homicidia, latrocinia, incestus, sacrilegia, atque illa per viros designantur: alia vero infirmitati adscribenda sunt, ut delectationes sensus, desideria inordinata, passiones intrinsecæ; atque hæc feminina peccata dicuntur: tertii generis sunt, quæ ad ignorantiam spectant, atque horum typus sunt pueri. Multi quidem exterius virtute præditi videantur, quod viros, id est, graviora peccata deleant & proficient, sed feminas simul & pueros, peccata infirmitatis & ignorantia, vivere sinunt, à propriis enim passionibus superari se patiuntur. Igitur quemadmodam ii, qui Madianitas bella superaverant & interfecerant, non laudem prius meruere, quam Madianitides & earum pueros deleuissent: ita magnus ille Deus eximiam æternæ gloriæ mercedem dare non solet illis, qui maiora crimina, id est, malitiæ pessumdant, nisi & peccata infirmitatis quorum figura mulieres; & ignorantia quæ pueri designant, eadem opera iugulent.

Peroratio.

Eia igitur, Auditores, ne diutius his immorer, ambitionem deponite, avaritiam exuite, libidinem & carnem pessumdate, atque ad æternæ beatitudinis cœnam properate. Homo qui ipsam præparavit, Christus est; vos vero invitati; equidem servus sum ad vos invitandos destinatus; festinate igitur adesse; excusationes nolite prætere, ne pater ille familias indignatus, nuncios, id est, concionatores & Evangelii sui præcones, ad ultimos mundi cardines, & ad Antipodas usque, (sunt hi namque exitus viarum & sepes) destinet, qui cæcos, & claudos, & debiles, aliosque innumeros, id est, Sinenses, Iapones, Brasilios, Indos, atque alias gentes & numero infinitas, & feritate barbaras, ad cœlestem illam cœnam cogant.

At quoniam tu clemētissime Deus ad maiestatis tuæ gloriam, & amorem quo homines prosequeris demonstrandum, magnam illam æternæ beatitudinis cœnam, in qua sempiterna voluptate animas reficeret, ad-

ornaris; & epulum illud solenne, quod cœnæ nomine ideo vocatum est, quod vltima sit refectio, in felicitatem & gaudium nostrum, ad vitam, velut dici, terminum reservatas præparatis, epulum inquam ad quod iam inde à pueritiæ aurora, ad senectutis vesperam, tot invitationum generibus, afflictionibus, miraculis, aliisque infinitis nos modis, invitare non desinis: fac obsecro, ut invitationes hæc non sint frustra, nec easdem surdis auribus excipiamus, neve imitemur stolidos illos & temerarios, quos Evangelium depingit: ne inquam ambitio, autilis, desideriaque carnalia, tam præclaram nobis è manibus occasionem sortemque excutiant: ne ob villam magna illa civitate, cœlesti inquam Ierusalem frustreremur; ne propter boum iuga quinque, & arationem illam angustam, patētes illos cœli agros, quorum fines metiri, cuiusque termini arari nequeunt; denique ne ob nimium erga vnicam mulierem affectum, amorem ac benevolentiam filia illius cœlestis, beatitudinis inquam sempiternæ, ad quam nos Pater simul ac Filius, cum Spiritu sancto pariter deducant, amittamus.

DOMINICA TERTIA POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. Detractores veras esse pessimas.
- II. Quod Salvator & calumniator sint opposita.
- III. Fugiendos esse detractores ut pestis.
- IV. Quod benignitas aduersus maledicos sit opponenda.
- V. Cur benignissimus Iesus perditos quæsitum veniat.

Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores, ut audirent illum. Luc. 15.

FIGVRA.

Legimus in Numeris, Mariam & Aarōnem, detractionibus & occultæ maledicentiæ assuetos, simul in fratrem Moysen in.

sem insurrexisset, eique vitio verissem, quod
 Aethiopsiam matrimonio sibi iunisset, quasi
 in maximum familiam dedecus ignominiamque,
 disparitas illa coloris à Mose in vxore
 quaerenda neglecta, redundatura videretur.
 Hodierno vero in Euangelio murmurantes
 viduas Scribas & Phariseos, aduersus teru-
 torem Iesum, quod Publicanos & peccato-
 res in familiaritatem societatemque admit-
 teret, eorumque confortio ceteris neglectis
 delectaretur, quasi Messiam dignitati huius-
 modi colloquia contuberniaque forent in-
 digna. Ceterum ut hisce de rebus, ad maio-
 rem Dei gloriam, & animarum salutem lo-
 qui valeamus, spiritus Paracliti nobis auxi-
 lio opus est, ipsum igitur inuocemus, idque
 precibus mediatrix nostrae gloriosae Virgi-
 nis Deiparae; in quam rem salutationem ei
 Angelicam offeramus.

AVE MARIA.

I. Xenocrates inuitatus olim ad conuiuium,
 referente Laertio, cur ceteris maledicenti-
 bus, conuiuantibus, murmurantibusque; ob-
 mutesceret, interrogatus, ait: *quia fuisse locu-
 tum paenituit saepe, tacuisse nunquam.* Designa-
 re volebat, murmurantem detractionem-
 que esse fugiendam, & satius multo esse ta-
 cere, quam detrahere, linguamque, cum alii
 in conuiuiis vel alibi murmurant & maledi-
 cunt, cohibendam.

Idem quoque fuit sapientis ante Xenocra-
 tem consilium, ait enim in Prouerbiis: *Noli
 esse in conuiuiis potatorum, neque comedas cum eis
 qui carnes ad vescendum conferunt.* Quae ver-
 ba Gregorius exponens in Moralibus scri-
 bit: *Carnes ad vescendum conferre, est in collo-
 catione derogationis vicissim in proximorum vi-
 tia durere.* Adeo ut iuxta vulgatam S. Scriptu-
 ra Phrasim, & Magni Gregorii expositionem,
 carnes comedere, tropologice sit, a-
 liorum vitia carpere, deque illdem detra-
 here. Ideoque S. Bonauentura murmurantes
 & maledicos canibus lanionum similes
 asserbat, qui quod crudas saepe carnes vo-
 rent, atque ossa sanguinolenta rodant, den-
 tes & fauces sanguine cruentas habent. Ad
 quorum similitudinem maledici, quod pro-

Tom. 2. Pars Aeterna.

ximo detrahant, aliorum vitam moresque
 carpant, famam laedant ac dilacerent, linguam,
 os, & dentes sanguine oppletos & fadatos
 gerunt.

Hinc quoque in veteri lege aues praedae af-
 fuerat & carniorea ut immunda reicieban-
 tur, de quarum numero erant, accipitres, veteri le-
 halitati, vultures, milui, aquila, aliaque; quae ge-
 ut im- & à mensis & sacrificiis proscribentur: le-
 mundae
 gis porro verba sunt haec, *Haec sunt quae de aui-
 bus comedere non debetis, & vitanda vobis
 sunt, Aquilam & griphem, & halyatum, & Leuit. 11.
 miluum & vulturem iuxta genus suum.* Quo
 Spiritus sanctus designatum voluit, hominem
 qui alium vitium lacerat, mordet ac deuo-
 rat, illius honorem & famam destruit, co-
 raram Deo ex mente Scripturae immundum
 censeri.

Angelicus Doctor Thomas, hocce pec-
 catum describens, eiusque essentialem de-
 finitionem indagans ait: *Detrahitio est deni-
 gratio aliena fama per occulta verba: illiusque
 enormitatem exaggerans Apostolus, inter
 cetera peccata Deo iniuria, & exosa, ma-
 ledicentiam detractionemque enumerat,
 Detractores Deo odibiles. & ante eum Salo-
 mon in Proterbiorum libro memoriae pro-
 diderat, septem esse peccata, quae Varinia-
 no Deus odio prosequeretur, quaeque diu-
 nae Maiestati, ut quae plurimum displiceret,
 ac septimum canem peius & angue illum de-
 restari, detractores nimirum & maledicos.*

Verba illius audiamus: *Sex sunt quae odit Do-
 minus, & septimum detestatur anima eius, oculo
 sublimis, linguam mendacem, manus effun-
 dentes innoxium sanguinem, eor machinans co-
 gitaciones pessimas, pedes veloces ad eurrendum
 in malum, preferentem mendacia, testem falla-
 cem, & eum, qui seminat inter fratres discordiam,
 id est, detractorem; de aliis siquidem mur-
 murans, illiusque vitam & mores carpens
 & fugillans, mendaciaque congerens, dis-
 cordias seminat, contentiones causatur, li-
 res & iurgia suscitatur, zizaniorum iliadem in
 familiis & omnibus congregationibus pro-
 gignit.*

Idem Apostolus asserit tanto Deum odio nite de-
 peccatum hoc prosequi, ut inter illos quos tractores
 in aeternum velut facie sua & visione indi-

Mgnos

1. Cor. 6. gnos reprobaui, primo loco maledicos recenseat, *Nec maledici, nec rapaces regnum Dei possidebunt.* quo etiam facit, quod consulit Ecclesiastes ad vitam bene beateque instituendam, *Non appelleris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiatis & confundatis;* apud homines scilicet, qui vt calumniarorem & peruersum te habebunt; & apud Deū, cuius regno te idcirco priuatum videbis.

In serm. Bernardus sanctitate vitæ, & scientia magnus, hoc de peccato sermonem instituens, adeo detestandum pronuntiat, vt serpente ipsum exitiosius & detestabilius affimet, maledicumque viperam appellare non dubitet. *Numquid vipera est lingua detractoris ferocissima.* Eiusdem quoque opinionis est sanctus Hieronymus in Ecclesiasten, *Serpens & detractor aequales sunt; quomodo enim ille mordens venenum infert, sic iste detrahens pectoris sui virus in fratrem effundit.*

In serm. Plura quoque & deteriora sanctus Bernardus: & quid detractorem dæmoniacum esse credit, *Detractor & libens,* inquit, auditor vterque diabolum portat in lingua. Hæc porro omnia sibi sapiens ob oculos ponens, cuiuis nostrum consulit, peccatum hoc velut peccatum exitiosissimum fugere, *Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te.*

Ceterum os ille prauum habet, qui murmurat, maledicit, aliorum nomen denigrat, inque actiones & vitæ rationes curiose nimis inquitit. Vitijs huius enormitatem turpitudinemque pluribus sum verbis profecutus, quod Euangelium hodiernum maram eandem includat; in quo Scribas murmurantes & Phariseos maledicentes & innocuam Iesu Christi vitam carpentes intutor. Audiamus Lucam Euangelistam: *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores, vt audirent illum.* Vt porro vestro palatio satisfaciam, primo de detractione hæc Pharisaica loquar, ac deinde humilem Christi responsionem subnectam: aures modo præbere attentiores, & vestro vt satisfaciam de hinc operam dabo.

**Euangelit
summa.** In primis igitur Euangelium hodiernum edocet, Christum Redemptorem, qui peccatores seruaturus aduenerat, vt ait Aposto-

lus, *Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere;* atque ideo eorum familiaritates & consortia sectabatur, Phariseorum furore & inuidia rabientium, liuore tabescentiū, odium & indignationem incurrit: culpabant namque, Messiam græges publicanorum secum vt plurimum trahere, publicanorum inquam, qui ex interpretatione glossæ, vestigalia & portoria in populi Romani commodum exigebant, ac propterea omnibus exosi erant & inuisi.

Et murmurabant Pharisei & Scribae, dicentes. Quam fragili fundamento nititur hæc calumnia; quod Creator creaturas adeat, Princeps subditos visitet, opulentus pauperes querat, redemptor captiuos inuitat, Messias peccatores foueat, medicus denique ægrotos complectatur. Quis credidisset vquam fore, homines hoc malam in partem vt interpretarentur: Quamobrem scire mihi respondisse visus est Aristippus interroganti mirantique, cur diuitum magnarumque palatia à Philosophis semper obsiderentur, *Et medici,* inquit, languentium ianuam frequentant. Idem omnino, mea quidem sententia, maledicis hæc stomachantibusque Phariseis, quod Dominus publicanorum ædes meretricumque fornicibus obambulet, responderi queat: ipse enim verus Esculapius & medicus cum sit, non nisi inter ægrotos versari desiderat, cum decumbentibus & male affectis agere illi volupe est: de se quippe confiteretur. *Non est opus valentibus medico, sed male habentibus.*

Audite rem prope similem. Phocion Phocionis summus in iuuentute orator, & tandem apophthæ reipub. Atheniensis præfectus, amicorum gratia reprehensioni etiam patuit, vitioque ei versum est, quod improbi cuiusdam patrocini apud iudices suscepisset, eumque eloquentia in libertatem vindicasset: at eadem qua defenderat dexteritate, etiam calumniantibus respondit, *At nemo bonus huiusmodi,* inquit, *indiget patrocinio.* Id ipsum iure meritoque Redemptor noster inuidis hæc Phariseis respondeat, Bonos & integræ vitæ patrocinio opus non habere, at improbos & sceleratos. Testatus hoc erat & alibi.

Non veni vocare iustos, sed peccatores. Ideone calumniari oportuit?

Inter Pythagoræ symbola monitaque Ethica nō postremum, mea sententia, locum occupat illud: *Contra solem ne loquari*, id est, ne detrahas ei, in quo quod culperis nihil inuenies, ne vitam examines sole emaculatiorem, atque hunc in modum hoc explicat Paulus Scaliger. Ar hoc in symbolum peccasse constat Phariseos & Scribas, ac præter rationem & immerito in sole maculam quaesivisse, aduersus faciem mundi loquutos esse, & calumniis maledicentiaque illius splendorem, lumen & iubar extinguere contendisse. Quænam illa vestra stultitia est, ne dicam vesania, nodum quærete in scirpo, & irreprehensibilem reprehendere?

Et murmurabant. O pestis detestanda! ô scelesti Pharisei! Qui aliorum declinabant confortia abstracti quodammodo à vulgari viuendi ratione, & vitam consecrabatur austeritates spirantem, quosque proinde peccantium fouere partes par erat, & eorum patrociniū suscipere, hodie aduersus eos consurgunt, bellum mouent, & maledicunt eosdem adiuuare satagenti. Non est, mihi credite, sacerdotum obesse aliis, at potius omnibus, & præsertim peccatoribus, prodesse, eorumque causam defendere. Turris David, quam vt bene munitam & aduersus hostium impetum probe armatam describit Scriptura, mille habuisse clypeos, defensione, eorumque causam defendere. Turris David, quam vt bene munitam & aduersus hostium impetum probe armatam describit Scriptura, mille habuisse clypeos, defensione, eorumque causam defendere.

Mille clypeos pendebant ex ea. Clypei arma sunt defensiva, non vero offensiva, simulque denotant Ecclesiasticos & Sacerdotes ad sacerdotium non esse vocatos, vt quem offendant, sed omnes defendant ac tueantur.

Huc facit, quod Athenis olim accidisse memorant historiae. Omnes Athenis ordines, omnes iudices ac magistratus Alcibiadem morti adiudicabant, cogebantur in illum concilia, conspirationes in caput illius frequentes erant, bona fisco addicebantur, magnorum criminum actiones ei intendebantur, muneribus ciuilibus priuabatur,

domus, res, fortuna eius in discrimen vocabantur: & quo aliquem facto colorem adderent, omnes quotquot in vrbe reperire erat sacerdotes tam masculini quam foemini sexus, ad illud conuocarunt concilium, cumque omnium suffragia postularentur, vna sacerdotum ait: *Ad nos supplicatio pertinet, non execratio*; nostrum est deprecari, neminem offendere; nos Deos delinquentibus propitios reddimus precando, nullum vero morti adiudicamus Pharisei nostri in templis educati & versati non sunt huiusmodi, sed inuidia pleni & prauis affectibus intransuersum acti, & non nisi sanguinem & mortem miserorum peccatorum spirantes, clamant, murmurant, & lædunt eum qui peccatoribus vitam cupit elargiri.

Et murmurabant. Ingens profecto & detestandum flagitium est murmuratio: quæ designatam puto in ranis illis, quæ Aegyptios mirum in modum diuexarunt & affligerunt. Nam vt ranæ toto die in cœno & limo delitescunt, tacent, & vespere ingruente murmurando cuius caput obtundunt, ita murmuratores (quibus nulla hodie mundo accedere pestis potest deterior) non nisi fossas & putrescentes vitiorum paludes incolentes, interea dum sol diem illustrat, & conscius quis qui coarguat, adest, magis muti sunt quam piscis, sed nocte instante, id est, absentibus omnibus circumundique coaxant, & garrulitate sua maledica, aliorum famam denigrando, vitamque carpando optimo cuique molesti sunt & graues; *Vt sagittent in obscuris vacuos corde.*

Gallus omnium animalium domesticorum caput, gallinarum ductor, in hoc reprehendus venit, quod, quamuis domestica & grano abundet; semper tamen apud alienos simeta euertat, sordes excutiat, vermiculos sibi quaritans, qui si quam forte gemmam reperiat, erucam aut muscam ei præponet. Imaginem hic videris detractoris, qui tamen domus alterius referta sit virtutibus, bonis abundet, meritis scaeteat, quæ ei satisfaciant ne vel mala de eodem cogitet aut loquatur, angulos tamen actionum eius indagare & euoluere, sordesque & imperfectiones vitæ illius mouere mauult;

mault; ac si quam forte virtutis in eo margaritam reperiat, vermicula peccati eandem postponit: honesta laudeque digna contemnit, obscura vero & occulta probra familiae cuiusdam recenset, & in apertum profert.

Item scarabæo.

Scarabæus insectum est vile, immundum, ipsaque immundities, quod non nisi fimo & fordibus delectatur, vivit, pascitur, omnesque odores suaves ac iucundos detestatur, quamprimum enim ut violas ac rosas odoratur, quasi presentissimo gustato toxico emoritur. Hunc scarabæum refert & detractor: immundum profecto animal ac lutulentum quod fimo & cæno pascitur, & peccatorum fordibus, quod non nisi de vitis loquitur, aliena vitia poterat, excutit, examinat; quodque deterius est iucundam virtutum proximi fragrantiam non fert, eiusque bonæ famæ odorem exosum habet, idcirco ubi odorare eminus honestæ vitæ & conversationis præconium cœpit, furit, tabescit, ac tædem Zoili instar rumpitur invidia: quodque inprimis demitor ac me pessime habet, minimum famæ deterioris rumusculum in immensum auget, & leve quoddam ac tenue delictum læsæ crimen maiestatis ac perduellionis facit, quodque vno verbo dici poterat, mille ac mille verbis amplificat.

Echo Olympiæ septem vocum.

Referunt historici circa Olympum montem in Græcia, à quo certamina Olympica, haud procul inde celebrari solita, nomen mutuata sunt, locum fuisse tali arte & industria constructum, ut verbum voce elatiori prolatum, septies, repercusso sono repeteret, qui propterea ἐπὶ τὰ φωνὰς fuit appellatus. Quis neget detractione huic vocis septemplex redditum esse persimilem? cum enim delicta & nævos alienos refert, vnius loco septem memorat, atque, ut in paromia est, ex musca facit elephantem. Ipsi denique maledici, Calepini sunt ἐπιδύλωτοι, atque hoc è rancore quodam intrinseco, & corde pravo proficiscitur.

Cōceptus insignis à medicis mutat.

Medicorum Aphorismus est sententia, oris factorem & infectionem è stomachi vitio & hepatis indispositione procedere: stomacho siquidem & hepate vitiato, vapores terri ascendunt, qui fœtidam illam oris ac palati mephitim causantur. Eadem pene Theo-

logorum de conscientia definitio est: aiunt quippe nullam aliam corrupti oris & maledicentia in proximum in calumniatoribus ac detractoribus statui causam posse, quam quod intestina & intrinseca corrupta sunt, partes nobiles, ac præsertim cor malitia infectum & odio imbutum. Suffragatur hic mihi Evangelista: *Ex abundantia cordis os loquitur*: ac multo etiam apertius *Psalmes: Sepulchrum patens est guttur eorum*; & cur obsecro? *quia lingua suis dolose agobant*; quibus mille nectunt, dolos & astus, sexcentas conquant versutias & calumnias, quæ contagio quodam lepra ac peste terretima terriora sunt.

In veteri lege iubebantur leprosi, quoties in publicum prodibant, os semper veste obtegere, ne tetrosuo & contagioso halitu obuios quosque inficerent, & leproso redderent; licet legis decretum: *Habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste coniectum, contaminatum ac sordidum se clamabit*. Murmurator & detractor spirituali lepra vere dici potest infectus, cor, os, linguam purulentam habet, verborum illius afflatus & halitus contagiosus est, quo tam illos quorum famam lacerat, quam adstantes & audientes, hinc ora illi velari præcipit lex; quod etiam sibi ultro fieri vates Regius postulat: *Pone custodiam oris meo, ut non delinquam in lingua mea*. Quantum vero hoc discrepat à Pharisis nostris, de quibus in Evangelio legimus: *Et murmurabant?*

Dauid porro rex tantopere tetrum hunc odorem detestabatur, ut instar pestis eum execraretur, audiamus, quid de se in Psalmis dicat: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequeris*; & vere prosequeretur, nam alio in loco mille iis diras imprecatur: *Erubescant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa*. Cur tantopere inueheris in hocce genus hominum Vates: *Quia loquuntur aduersus iustum iniquitates in superbia sua, & in abusione*.

Eodem telo eisdem ferit & Sapiens; tria *Ecclesiæ* siquidem in orbe esse tradit, quæ nunquam non meruat, ac quartum quod cum tremore perhorrescat: *A tribus, inquit, timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delictum*

ram ciuitatis, & collectionē populū, & calumni-
am mendacem. Tria hæc, peste esse ait dete-
riora, at per quartum detractionem defi-
guat, quæ calumniis, mendaciis, & falsitari-
bus stipatur ac cingitur, ac morte longe gra-
uior est; hæc enim non nisi corpora extin-
guunt, illa vero honorem, virtutes, & æstimat-
tionem proximi.

In Leuitico præcipitur, ne quis furdo ma-
ledicat, *Non maledices furdo.* Sed mystice de-
signatum puto, non esse detrahendum ab-
sentibus: furdo quippe maledicit, qui absentem
rodit, atque ita eadem intelligit Grego-
rius, *Surdus, inquit, maledicere, est absentem ac
non audienti derogare.* Surdus itaque & absens
eiusdem sortis, quiq; furdo detrahit, diuino
præcepto aduersatur.

Plutarchus in Moralibus eodē collimans
murmuratores & maledicos bubonibus no-
ctuis, & vlulis aliisque auibus noctu volare
solitis comparat. Nam, *quemadmodum, in-
quit, noctua aues inauspicata sunt, quæ nocte
tantum volant & gemunt; sic detractor qui no-
ctu tantum, id est, in absentia loquitur.* Vere igitur
noctua sunt murmuratores, & feraces, &
ominosa.

Coruus etiam, quoniam de auibus men-
tio incidit, in Leuit. infaustus & inauspicatus
censetur. *Hæc sunt quæ de auibus comedere
non debent; & vitanda sunt vobis, aquilam &
gryphem, & haliatum, & miluum, ac vulturem
iuxta genus suum, & omne coruini generis in si-
militudinem suam.* Verum hic emblemata de-
tractoris, qui vere dici potest coruus, sed au-
is inauspicata, quæ cor & animam nigrican-
tem habet, & à Deo repudiata est coruus, quæ
Noë tempore diluuij ex arca speculatum di-
misit, nec denuo reuersus est, in cadaueribus
forfitan aquis innatantibus deuorandis oc-
cupatus, persimilis, maledicus enim semel
foribus & cardinibus rationis egressus, in-
terea dum passionum & rancoris diluuium
fecit, vix vniquam deinde ad salutis arcam re-
dire soler, cadaueribus ossibusque in perfe-
ctionem vitæ proximi innatantibus insidens.
Sed producamus & alia.

Vidisse se in Apocalypsi locustas testatur
Ioannes, & locustas quidē prodigiosas, leo-
ninus dentibus, & facie humana. *Et similitu-*

dinis locustarum, similes equis paratis in pra-
pocaly-
lium, & super capita earum corona similes auro, pleos.

& facies earum tamquam facies hominum, &
habebant capillos sicut capillos mulierum, & den-
tes earum sicut dentes leonum erant. Equidem
ex mente doctissimorum loci huius inter-
pretum, per monstra hæc locustarum, de-
tractores intelligo, qui locustarum instar,
quidquid in anima virtutum viret ac viget
rodunt ac deuorant; dentes habent leoni-
nos, quod ferarum instar, non nisi sanguine
& hominum carne pascantur; vnde Psal-
mographus: *Appropiant super me nocentes, ut
edant carnes meas.* Atque hoc & non aliud
designare voluisse crediderim Apostolum,
dum Galatis scribit: *Quod si muicem morde-
tu, & comeditis, videte ne ab inuicem consuma-
mini.* Ipse quoque Propheta Iob de aduersari-
is suis, vitamque & actiones carpentibus,
conqueritur gemens & vlulans: *Quare perse-
quimini sicut me Deus, & carnibus meis satura-
mini.* In quâ sententiam ita magnus com-
mentatus est Gregorius: *Sciendum est, quia hi
etiam qui aliena vita detractione pascuntur, alie-
nis proculdubio carnibus saturantur.*

Quarta, quam Daniel Propheta bestiam *Dan. 7.*
vidit, terribilis fuit & videntibus metum ex-
cutiens; habebat namque dentes ferreos &
vastos, quibus obuia quæque laniabat ac de-
struebat, reliquiasque pedibus comminue-
bat, decem vero capite cornua præferēbat;
*Et ecce bestia quarta mirabilis atque terribilis,
& fortis nimis; dentes ferreos habebat, magnos
comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus
suis conculcans: dissimilis autem erat ceteris be-
stias, quas videram ante eam, & habebat cornua
decem.* Sensu litterali bestia hæc imperium
designabat Romanorum, at glossa mystice
& moraliter exponens, detractionem hic de-
notatam existimat, qua nullum monstrum
haberi potest deformius, quæque dentes ha-
bent prominentes & ipsos æreos, quod os-
sum tenus & medullitus omnia detoret,
homines lædat, famam & nomen proscin-
dat, ac reliqua meritorum illorum, pedibus
contemptim proterat: decem adhuc corni-
bus in capite communita est, quod mille ar-
tibus ac technis aliorum vitam actionesque
suggiller: nullam denique cum aliis bestiis
simili-

similitudinem habet, quod nullum sit cum detractiois malitia peccatum comparandum, atque, vt bene Glossator obiter notauit, tres alias bestias nomine quamque suo Propheta nominauit, leonem, ursum & leopardum, quartam vero innominem produxit, quod detractiois malitia infinita sit, nullaque limitibus circumscripta, nec vnico nomine efferenda. Hinc Psalmista: *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabit dolos.*

Psal. 49.

Cap. 3.

Detraçtio deniq; adeo horribilis & execranda est, vt diaboli nomine merito diceat detractor & maledicus; & sane in Epistola 2. ad Timoth. vbi Latine legitur: *Mulieros similiter pudicas, non detrahentes;* Græcus textus præfert *μη ἀποβόησις*, id est, *non diabolicas*: adeo vt iuxta scripturam hanc diabolus sit detractor, & vice versa detractor diabolus, & detractio crimen diabolicum ac detestandum. De quo Psalmographus agens ait: *Acuerunt linguas suas sicut serpentes;* quod de serpentibus scribit Plinius, habere scilicet linguam tenuissimam, trifurcam & longissimam ac tetri odoris; quæ omnia in detractore & calumniatore reperire est: habet hic namque linguam trifurcam, quod & sibi & aliis quibus detrahit, & audientibus & adstantibus quoque noceat; & quidem longissimam, quod ad viuos & mortuos extendatur, hinc etiam in sacris literis sagittis eminus vulnerare solitis comparatur: *filij hominum dentes eorum arma & sagitta.* Nigricantem denique & foetidissimam, quod non nisi verba malitiæ ex odio, rancore, liuoreque profecta proferat. Sed pergamus ulterius.

Psal. 56.

Deut. 23.

Canis quoque in veteri Lege vt immunus à sacrificio reiciebatur: *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud est, quod venerint: quia abominatio est verumque apud Dominum Deum tuum.* Quid? itane tibi Domine duplicet canis, quo nullum inter animalia homini magis fidum, nullum parentius, luporum hostis, & villarum tutela ac præsidium? Hæ quidem fateor, præclaræ sunt dotes, sed quia perpetuo prætereuntes & intrantes allatrat, & ignotos petit dentibus, ideo verum

Detractor cani similis.

detrahentis hieroglyphicum est, qui proximum semper allatrat, ac dentibus perpetuo vitam illius, famam & honorem impetrate mordet; qui proinde immundus est & abominabilis. Ouinos igitur dentes quæramus, non caninos.

Ideo forsitan, dentes Ecclesiæ, ouibus alben-
tibus à Salomone conferantur: *Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro.* Documento hoc sit nobis, dentes Christianorum, qui genuini Ecclesiæ filij, non debent esse canibus similes, qui mordent & lacerant, sed ouibus mansuetis ac benignis; oues igitur sint oportet non molossi, & dentes habeant nitidos ac mundatos. Os siquidem lauare necesse est simul & dentes, omnemque immunditiam ac sordes detractiois & maledicentiæ eluere.

IV. *Canis. Christiani dentes ouium.*

Eadem quoque de causa, eodemque Cantorum loco facta ac diuina Iesu Christi labia, lilia myrrham redolentia emittere scribuntur: *Labia tua lilia, distillantia myrrham primam.* Mysteris quidem redundat hæc, at sensus obuius & apertus est, Christianorum labia & os, labijs sponsi esse debere quam si- millima, instar liliorum candida; & instar myrrhæ redolentia, id est, iucundos mortificationis odores exhalantia, & omnem inuidiæ, virulentia, detractiois, calumniæque malevolentiam ac Memphisim exosa.

Labia quoque candida liliorum instar.

Huc forsitan respexit Deus, cum inter cætera templi atque tabernaculi ornamenta & instrumenta, aurea quoque esse voluit emunctoria, non vero ferrea aut ærea: *Emunctoria, & vbi quæ emuncta sunt extinguuntur, fiant de auro purissimo.* Quemadmodum in templo Salomonico, ita & in Ecclesia Christi Iesu, emunctoria radiant oportet auro charitatis & quidem purissimo. Id est, quando de proximo sermo incidit, honore is & charitate conditur ac deauretur, non vero fordeat inuidia, rancore, hypocrisis, vt oratio illa Scribarum & Phariseorum, qui emunctoria ferrea sunt, & murmurabant.

Exod. 25.

Tradit Plinius Bonasum, cū sciat, incurua & in ceruicem prominentia se habere cornua, adeo vt neminem iisdem petere queat, & à venatoribus se premi sentit, tam terribem, postilentem, calidumque odorem emittere,

Lib. 10. nat. hist. c. 70.

ut solo tactu venatores adurat. Equidem, ut proposito naturam hanc adaptem meo, crediderim detractorem hic scite designari; hic enim cum saepe armis destituatur quibus noceat, & providentia diuina ita disponente inferre proximo damnum nequeat, extrema quadam malitia falsos rumores spargit, & fugientis instar, plurimas emittit & ei aculatur calumnias, quæ flamma grauius proximi famam & nomen adurant, eiusque honorem obscurant.

Ferunt piscem, quem Hispani pastinacam vocant, & raiæ quoddam genus est, tam noxium virus è mari, toris instar eiaculari in eos, qui in litore obambulant, ut quamprimum intoxicatos interficiat, atque hoc veneno necatum à Telegono ferunt Vlysem, quod eum Penelope mater edocuerat, virus quippe hoc adeo violentum & virulentum est, ut Indicæ arboris cuiuspiam appositum, eandem, viridem licet & vesnantem, enecet & mori cogat. Piscis huic maledicum esse dixerò persimilem, & linguam calumniatricem longe deteriorem, & imprimis, quæ clam & velut sub aquis maledicentiæ virus eicit in proximos; ipsa quippe inficit illos, qui per virtutis semitam ambulant, & arbores meritis & honoribus exspiantes luxuriantesque cogit arescere & stirpitibus eradicat. Exclamo igitur, ô virus pestilens & mortiferum!

Et murmurabant. Video in Euangelio primogenitum maledicentem patri & indignantem, quod filio decoctore in gratiam admisso solemne epulum instrueret; non aliter etiam Pharisæi primogeniti quodammodo familia Dei, aduersus patrem Iesum Christum insurgunt, & canino dente proscindunt, quod peccatoribus se benignum & familiaritatem ostendat, in gratiam admittat, & præ livore aiunt: *Quoniam hic peccatores recipit.* Murmuravit quoque aduersus fratrem Moysen Maria alioquin cordata & honesta, quod Æthiopsiam vxorè matrimonio sibi copulasset: *Locui ag. est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorè eius Æthiopsiam.* Refert Glossa ordinaria è Iosepho, mulierem hanc Regis Æthiopiæ filiam fuisse: cum enim Æthiopes

aduersus Ægyptios cornua erexissent, & iugum excussissent, Moses eodem exercitu ad Cuias seditiones componendas motusque sedandos fuit destinatus: quod ubi cum laude peractum esset, Æthiopiæ regis filiam in vxorem assumpsit. At Augustinus, verisimilius credit, magisque huc propendet, Æthiopsiam hanc fuisse filiam Ietto, qui è Madianitis in lib. paralip. Iosaphato rege bellum iis mouente, Æthiopes vocitatis, originem ducebat, Sephoram nomine. Quidquid sit de historia, dico synagogam similem esse Mariæ huic garrulæ & maledicæ quæ hodie aduersus fratrem suum Iesum Christum, quod peccatores animas, nigredine & fuligine vitiorum deformes admittat, & sibi veluti copulet, murmurat. *Et murmurabant, quia hic peccatores recipit: ô malitiam Pharisæorum detestandam & Iesu misericordiam & benignitatem deprædicandam!*

Et profecto infinitæ cuiusdam misericordiæ indicium est in Iesu Christo, peccatores sibi benigne adiungere, eorumque confortia ambire. Arca illa testamenti, in qua Deus veluti sub umbra quadam commorabatur, tantæ maiestatis erat; ut soli Pontifici eam videre & accedere liceret, idque semel in anno, adeo ut eum eadem arca Iordanem cum vniuersa populi multitudine transiret, per castra tubarum clangore edictum sit: *Sit inter vos & arcam spatium cubitorum duum milium; ut procul magis videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam, & cauete ne appropinquetis ad Arcam.* Vera tamen Testamenti noui Arca Christus, omnes accedit, omnibus se adiungit, quod profecto admiratione dignum, non vero calumnia & virulentia Pharisæica.

Quinquaginta hominum millia de Bethsames cum subita morte, quod ad Arcam propius accessissent, percussa essent; omnes sibi meruentes, & repentina illa plaga perculli, dicere cœpere. *Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius?* Desine metuere stulte Israel, non est quod vobis & capiti vestro timeatis, idem ecce Deus, sed carne circumdatus, omnes admittit, nec ipsos peccatores & scelestos repudiat. Hinc syna-

Misericordiæ Dei insigne est ad peccatores accedere.

Ios. 3.

1. Reg. 6.

synagoga demirans ait, *Quia hic peccatores recipit.*

Exod. 18.

Deus cum in montem Sinai vellet descendere, præmonuit populum, nequis montem propius accederet, nisi vitæ adire periculum vellet; verba edicti sunt hæc; *Cauete ne ascendatis montem, ne tangatu fines illius, Omnis qui tetigerit montem, morte moriatur.* At hic penitus contrarium cernere est: idem siquidem Deus homo factus, & cælo delapsus, vt legē Euangelicam vbiuis terrarum promulgaret, omnes ad se vult accedere, cunctos inuitat, *Venite ad me omnes, qui laboratis:* imò nec bestias, id est, peccatores, reicit, *Quia hic peccatores recipit.*

Mat. 11.

Esth. 4.

Nullus quoq; atrium Assueri regis adire poterat, nisi vocatus; nullusq; maiestatem illius poterat nisi vita periclitante, inueniri. Nulli item fas erat cubiculum Holofernis Principis Assyriorum intrare, imò ne ianuam pulsare. At non ea superbia & arrogancia est Iesu Christi Regum Regis; vt qui omnibus se cōmunicet, omnes admittat, imò & peccatores facilem aditum & mollia fandi tempora reperiunt, *Quia hic peccatores recipit.*

Iud. 14.

Dan. 2.

Babyloniolorum Magi olim coram rege de diis supremaque maiestate sermonem instituentes, inter cetera tandem dixere, at non satis vere, maiestatem deorum nullum cum hominibus habere commercium; *Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio.* Sed scopo illi nimium quantum aberrabant, nesciebant enim, Iesum Christum verum Deum, verum quoque hominem, cælo aliquando descendurum vt cum hominibus ageret, & cum peccatoribus conuersaturum. at melius meo iudicio Moses, cum diceret, *Non est alia natio tam grandis, qua habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis.* Ecce quippe cum inter peccatores, quos recipit, amplectitur, fouet, *quia hic peccatores recipit.*

Deut. 4.

1. Reg. 22.

In primo Regum volumine legimus, omnes quotquot in Israel doloribus oppressi erant & ære grauati alieno, ad Dauidem velut ad asylum confugisse, quos ille in tutelam suscepit, & quorum se defensorem protectoremque demonstrauit, *Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti,*

& oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum Princeps. Erro, erro, non Dauid est, sed Christus Iesus, ad quem velut ad asylum peccatores omnes confugiunt, omnes contriti corde, doloribus exhaufti, delictorum pœnitentia afflicti, & quotquot ære alieno grauati, & summo illi creditori, exactissime debita exigenti, iustitiæ videlicet diuinæ, obligati, se recipiunt, quos ille sub vmbra alarum suarum proteget, defendet atque aduersus calumniatores tuebitur, quorumq; se Principem declarabit. *Quia hic peccatores recipit.*

Cum diluuii aquæ per omnes terræ angulos inundarent, bestię omnes ad Arcam Noe velut ad asylum vitæ conseruandæ ergo confugere: ita quoque cum diuina iustitia, sub iræ & furoris sui vndis homines velut diluuium quodam, inuolueret, animalia, id est, peccatores ad Christum velut ad veram Noe arcam ad mundi salutem destinatam, animas in tuto collocaturi se recipiunt. Audiamus quid Euangelista dicat, *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores.* Sed quid? longius me prouectum video quam putaram, & æquo diuini in primo membro immorari, ad aliud dilabamur, videamusque quomodo suam innocentiam testando Pharisæorum petulantiam & virulentiam retundat.

Sciens itaque benigniss. mundi Redemptor Christus, Iudæos scandalizari & detentorem in partem interpretari, quod peccatorum contubernia ambiret, duob. egregiis parabolis calumniam & murmuracionem refutat; prima est de denario vel margarita amissa, & alia de pastore vnam ouiculam ceteris queritante, quæ ita incipit, *Quis ex vobis homo, &c.* Id est, si quis vestrum centum ouium gregem haberet, vnamq; earum amisisset, an non nonaginta nouem in deserto relinquet de centesima salute sollicitus? quam inuentam mox in humeros sustollit, & in caulam refert, sociosque pastores inuitat, vt sibi de amissa ouicula congratulentur. Ita sc. innocens Iesus inimicos suggillat, eorumq; malignitatem coarguit, viuilque ad oculum exemplis demonstrat, integritati victas dare manus calumniam.

Huc

Duab. parabolis respondet Pharisæus Christus.

Acuf. Ca. Huc referri queat præclarum illud ethnico-
rum hieroglyphicū, Pingebant ranam, cuius
in ore virga, & ante illam serpens, cui no-
men Enydrus: nam quoniam Ægyptus ranis
abundat, quæ ut plurimū ab hoc serpente de-
vorantur, hæc arte eludere artē solent: virgā
semper ore præferūt, quæ loco clypei & vim-
bonis est: dum enim serpens ranas inuadere
parat, virgā violenter apprehendit, quæ fau-
cibus inhærens suffocat inuadentem atque ita
ab hoste immunes coarctat. Egregium pro-
fecto symbolum & emblema hominis sinceri
& virtute aduersus calumnias iaculaq; ini-
micorum infracti: denotat virtutem & in-
nocentiam, quarū figura virga est, homines
aduersus serpentes, maledicos inquam & cal-
umniatores, insuperabiles reddere. Symbo-
lum porro huic ægymati scriptum erat, *Vir-
tutis non vi.*

Tom. 2. del. Simile quid refert Richad Brixius, Pingebant
virtutis imaginem veteres matronæ le-
nis instar alata & ad columnā alligata cuius
ante pedes Hercules stabat. Sed audite hie-
roglyphici expositionē. Denotabat senium,
virtutem veterascere debere, & ad finem vsq;
perseuerare, alæ porro designabant famam &
præconium virtutis: ceterū quod columnæ
alligata sit, significat, virtutē innocentia suæ
columnæ afixam, nihil omnino metuere, &
hominē natura meticolosissimū licet ac cer-
uinū, in Herculem cōmutare. Videte n quā
constantia, quantaq; animositate respon-
deat per vulgarem quādam parabolam, *Quis
ex vobis homo, qui habet centum oves.*

*V. Parabolæ
expositio.* Pastor hic ouium & 100. ouium custos, vt
paucis exponā, Iesus Christus est, qui tū 100
oves vnā in causa haberet, nouem inq; Ange-
lorū choros, vnaq; ouicula, Adamū intelligo,
à ceteris sequestrata, in diaboli & harpyarū
infernalium manus incidisset: cælos ipsos
desertuit, atq; homo factus, in mundi huius
desertum descendit: vtq; autem ouē quære-
ret, primo stabulum Bethleemiticū subiuit:
atq; vt regem ciuitatē aliquā ingredientem
alibi mox reges solent inuisere, & mercatorem
ē mundanis vel longinqua aliqua profectio-
ne aduenientē mercatores salutatū veniunt: ita
quoq; pastorē hunc cælestem in terras dela-
psum, primi salutauere, adiere, adorauere

Tom. 2. Pars Æstiuæ.

pastores, qui super gregem nocturnas excu-
bias agitabant. Centesima hæc ouicula mihi genus de-
credite genus humanū est, quod iam inde ab norat hu-
ipsa paradisi amissione à diuinis præceptis manum.
deuians, & peccati iter insistens, in summo
penitus pereundi discrimine versabatur. Vn-
animis hæc est Prophetarum omnium ex-
positio. Vnde Isaias imprimis, *Omnes nos qua-
si oves errauimus, unusquisque in viam suam de-
clinauit.* Et post hunc Ezechiel, *Errauerūt gre-
ges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle
excusso & super omnem faciem terra dispersi sunt
greges mei.* Ante illos & Psalmista, qui se ha-
rum in ouium numerum censere non dubi-
tauit, *Erraui sicut ovis qua peristi, quare seruum
tuum Domine.*

Et vere, homo hæc deuians ouis est, quam *Homo o-
uis hæc er-
rans est.*
vt Deus quæreret, cælo descēdit, omnes An-
gelorū hierarchias dereliquit, & in hac vna
quærenda toto vitæ tempore incubuit, & su-
dauit: atq; hoc vnicum esse voluit omnium
Ecclesiæ ministrorū, Angelorum quoq; ec-
lestium, qui ambo ad quærendas errantes o-
uiculas destinari sunt, officium. Multis autē
iisque prægnantibus bonus ille pastor ad er-
rantium pecorū salutem procurandam, ra-
tionibus exstimulatur: Primo summi Patris
gloria: ipsa etenim animarum salus ad Dei
potissimum gloriam spectat, non vero earū
interitus aut exitium. Testatur hoc Psalmo-
graphus, *Non mortui laud. bunt te Domine, neq;
omnes, qui descendunt in infernum.* Secundo,
quod homo ipse sit creatura, & opus ma-
nuum illius. Vnde Iob: *Manus tua fecerunt me
Domine, & plasmauerunt me totum in circuitu:
atq; ideo nullam earum intermori vult, at o-
mnes ad salutem & caulam reuerti.*

Egregium ē Ionæ Prophetia conceptū eli-
ciemus. Cum Deus Ninuitas in gratiam ad-
mittere decreuisset, & Ionas hoc ferret indi-
gnius stomachatus nō nihil, obscurū ei Deus
emblema proposuit: vidit siquidem hederā
viore vernantem, cuius radici vermiculus
inhærebat ita eam dē arrodens, vt quampr-
mū exaruerit: cuius infortuniū cum Prophe-
ta doleret, & infelici arboris excidio nō nihil
interius commoueretur, Prophetam Deus
compellauit, *Tu doles super hedera in qua non
laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna
monstra-
tum.*

N nocte

nocte nata est, & sub una nocte perit: & ego non parcam Ninina ciuitati magna, in qua sunt tot arborum & plantarum mors excidiumq; deplorandum est, interitum damnationemq; hominum feruentioribus ac pluribus esse lachrymis deplorandam.

Tertio animarum salutem Deus stitit & ambit, quod ipse grauitatem acerbitatemq; poenae, quam peccatores, ni resipiscant & poenitentiam agant, haud dubie sustinebunt, solus ad viuum perspectam habeat & comprehendat: quare omni ratione animas creaturasq; ab eadem tueri vult & praeseruare. In cuius rei signum cum ciuitatis Ierosolymitanae excidium praetuleret & cladem, stetit super eam. Vnde inferre licet & argumentari, si tantopere cum affecerint clades, mala exterminia calamitatesque temporales, quas à Romanis instigendas Iudaeis sciebat, vt in signum doloris amaritudinisq; lachrymas effuderit: supplicia, tormenta, & cruciatus perennes ac sempiternos impiis praeparatos, longe illum amplius permoturos.

Quarta quae Deum animarum saluti & bono incumbere cogit, ratio, ipsa est daemonum superbia & arrogantia, qui graui tyrannide idq; iniuste admodum, in homines obtinere imperium, dominari, suoq; iugo illos subiicere gestiunt: hinc Deus omni ratione eisdem succurrere, ac vincula, captiuitates, quibus irretiti tenentur, dissoluere, contendit Dauid etiamnum adolescens & pastor, audita Goliadae insolentia, qua Israelitis omnibus infultabat, ignauiamq; exprobrabat: mascula animi constantia & viri audacia, ait, *Quis est hic incircumcisus, qui exprobrat aciem Dei uiuentis?* quibus ille iniuriis lacessitus contumeliosusque excitatus, firmiter se circumsternit, in duellum eum carnea illa mole descendere, & auxiliatrice Dei manu opem ferente ceruicem insolentem praescindere. Ita quoque affirmo, daemonum insolentiam arrogantiamque, quam homines persequendo quotidie ostendunt, Deo stimulos subdere & calcaria, vt eosdem liberet, & errantes ouiculas eorum faucibus educat. atque huc Parabola nostra spectat, *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves,*

Cum vniuersus Israel maximo dolore commoueretur, & quodammodo exalbesceret, audito, eundem Goliath magna Philistaeorum multitudine stipatum, in aciem descendere, & omnem se eorum posteritatem deleturum minari: ecce tibi adolescens quemdam, non vsque adeo maturum, facie liberali, & moribus honestis (Dauidem me etiam tacente, fuisse, intelligitis) regem & vniuersos Principes Israel ne timerent exhortantem, hacque suam oratione virtutem, quae forte in hoc bello vsui esse posset, deprecantem: *Pascobat seruus tuus partem sui gregem, & Dauidem ueniebat leo uel uisus, & t. Itebat arietem de medio gregis & persequabar eos, & percutebam, & le oratione ruobamq; de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos.* Efficere uolebat Dauid, non esse, quod palleferent, simulque eos animare, & firmam in animis eorum spem excitare conabatur, Goliadam facile prostrati posse, & illo prostrato populum Dei in libertatem vindicandum, & patriam ab inimicis liberandam, quare omnem, si quam conceperant formidinem, deponerent. Idem omnino Christus Dominus, hocce in Euangelio spectat: cum enim totus orbis sibi merueret, & timore concuteretur, viso infernalem illum Goliadam, Luciferum inquam, omnesque Principes tenebrarum, in nostram necem exitumque conspirasse: hominibus nil minus expectantibus, genitosus ille & uerus pastor Iesus se conspiciendum exhibet, humanitatis nostrae habitu indutus, & vniuersam Iudaeorum nobilitatem metu & pauore consternatam hac oratione recreat, eorumque saluti sub parabolicis inuolucris consulit: seruabam ipse, Pharisei & Scribae, centum in deserto oves, quas me cura & sollicitudini Pater crediderat, & ecce una ab aliis, infelix uidelicet Adamus, distracta est: (relicto quippe obedientiae & subiectionis, quam ipsi mihi Angeli spondederant, errabat miser.) & eheu! mox eam diabolus, leo ille infernalis, & rugiens, inuasit, & magna feritate in illam defrauens, illius interitum moliebatur: equidem pietate mortuus & misellus miserus, vniuersum Angelorum gregem deserui, & leonem illum lacertaturus

Lut. 19.

1. Reg. 17.

reversus in terram descendit, cuius è faucibus ouiculam eduxi, Adamum scilicet, & omnem posteritatem illius, humerisq; impositam in caulam reduxi, & ob inuentam sororculam cetera mihi congratulata sunt.

Nota. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves?*

Hac parabola denotare tantummodo voluit Dominus, plures se eorum, quos homines ut peccatores habent, salutem & conuersionem facere, quam ceterorum hominum quos ut iustos mundus suspicit, conseruationem: neque credendum est, hac parabola denotari, ut optime ac doctissime Maldonatus ait, fuisse aliquos vsquequaue iustos, & omnibus iustitiæ numeris ita absolutos, ut nullum vnquam delictum admiserint; sed sensum esse, Christum in urbem eorum, qui à iustitiæ semita errauerant, & in peccati periculum prolapsi erant, saluandorum ergo venisse. Magna, fateor, interpretes inter contentio est, quinam sint illæ nonaginta nouem oves quæ in caula remanentes nunquam errauerunt: veteres siquidem crediderunt, Angelos esse bonos: certum enim est omnes creaturas ratione præditas esse Dei oves, quorum aliæ, id est, homines à via declinarunt, aliæ vero, id est, Angeli, de iustitiæ tramite ne latum quidem vnquem recessere, atque hæc mens & sententia est, a Irenæi, b Origenis, c Cyrilli Hierosolymitani, d Hilarij, e Ambrosij, f Gregorij, Theophilacti, & aliorum. Attamen certo certius est, simulque asserendum, Dominum non nisi de hominibus hic loqui, nisi absurdissimam illam Origenis opinionem, quæ etiam ad Angelos præuicarios liberandos Christum in mundum venisse credebatur, amplecti velimus. Parabolæ igitur sensus hic est: Deum reuera nonaginta nouem oves quæ non errauerant, non reliquisse, quo vnâ vagabundam balantemque quæreret: at tantum vel vnus hominis salutem facere, ut, si non nisi centum in mundo homines forent, & horum vnus peccatum admisisset, nonaginta nouem desereret, quo centesimam in viam reduceret: quemadmodum boni & seduli pastores facere consueuerunt; simulque re ipsa ostendere vult, quod in Matthæo legitur: *Non est autem voluntas ante Patrem*

vestrum qui in caelis est, ut pereat vnus de pisciculis istis.

Cæterum in signum sub huius parabola cortice mansuetudinem benignitatemque notemus necesse est, ut nimirum Dominus, tanta semper humanitate, tantaque modestia, generationi huic pessimæ, omnium suorum operum Aristarcho & calumniatrici, responderet; adeo ut nec graue nec insolens existimet, plenam ei omnium actionum & totius vitæ rationem reddere. Carpebant siquidem & obiciebant, quod sabbata violaret, diesque diuino cultui destinatos ægrotum sanatione profanaret, quam à se culpam propulsans, mox rationem facti sui subnectit, interrogando, num liceret, in die festo opus pium edere? num fas foret asinum in foueam delapsum sabbato, educere? quibus interrogationibus ostendere volebat, multo esse æquius congruentiusque, ægris sanitatem & membrorum usum reddere. Hodie vero cum vitio ei vertitur, quod peccatorum familiaritatem affectet, subinfert: non esse mirum, si cum iis, qui instar ouium à Patris sui grege sequestrati errant, & in tyrannicam diaboli seruitutem prolapsi sunt, agat familiarius, cum sibi propositum sit, eos ab infernali tyrannide vindicatos in libertatem asserere: si enim pastor vnica quæ siturus ouiculam, integrum deserit gregem, maiori se haud dubie ratione in vnus salutem animæ, animæ inquam, omnium pretiosissime, posse incumbere?

Balena, referente Plinio, cum hostem habeat capitalissimum, pisciculum nimirum, qui vbis ei locorum insidiatur; quiq; dum parat inuadere, fœtorem terribilissimum emittit: ut se ab hoste tueatur, & antipharmaco venenum curet, odorè imo corpore suauissimū exhalare consuevit, quo, terram illam mephitim, qua pisciculus ille aquam infecit, dissipet atq; exstinguat: cæterum dulcis ille odor ab ambra cinerea, quæ circa belluæ illius ventrem crescit, procedere traditur. Simile quid parabola prædicta mihi continere videtur, cernite enim ut sceleratus ille piscis, populus, in quâ, Iudaicus, Christi Balenæ in mundi huius mari enagantis hostis iuratus, hodie fumos illos & retros ac virulètos

Benignitas Christi in respondendo.

Balenæ astus.

inuidiæ, calumniæ, maledicentiæ aduersus Christum odores ei aculetur, vtque Christus regia illa balena, quo illos dissipet, in sui defensionem purgationemque, modestæ responsionis & benignitatis odora menta emittat, vt omnem in admirationem sui synagogam concitet.

At mirari vos crediderim Auditores, cum æquo prolixior me in hac materia exponenda videatis: Hinc etenim ipsa detractio, illinc vero insignis illa parabola nec opinantem me extra limites & temporis & decori abriperunt. Sed iam tempus est intra lineam redeundi & respirandi non nihil, finemque imponendi. Fugite igitur detestandam hanc maledicendi & detrahendi consuetudinem, nolite de proximo male loqui, ne vnquam à tyrannico hoc rancore vos seduci sinite; imprimis autem cauete ne murmuretis: ac simul etiam infinitam Dei bonitatem benignitatemque attendite, qui tanto amore peccatores amplectitur, eorumque societate delectatur, quin & vltro ambit. Et sane nihil in mundo reperietis, quod peccatorem, vnico Deo excepto, quæ tamen peccando offendit, & in quæ delicta admissa sunt, recipiat. An non enim cælum, terra, elementa, omnesque creaturæ in peccatore insurgunt, & armatæ sunt? Vnde Sa-

Omnes
creaturæ
peccatori
aduersan-
tur.

Cap. 5.
Cap. 16.

*Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra in-
sensatos, quin & melius alio in loco: Creatura
enim tibi factori deseruiens, exarsescit in tormen-
tum aduersus iniustos. Interea tamen summus
ille vniuersi Monarcha, creaturas compefcit,
ne in peccatorem insurgant: & peccatoris
partes defendendas suscipiant. Atque hoc
nomine infinitas Propheta quidem gratias
agit, quod liberatus sit & conseruatus. Misere-
cordia Domini, quod non sumus consumpti.*

Thren. 3.

Gen. 4.

Scelestus ille fraticida Cain, cum delicti grauitatem enormitatemque agnosceret, atque hoc nomine se à facie Dei reiectum cerneret, lachrymans ac gemens dicebat: *Ecco proiecisti me à facie tua, omnia qui inuenerit me, occidet me: nusquam ille se tutum viuere credit, cum solis illius splendentis visu & conspectu priuatus sit. Nullum igitur peccatori asylum, nullum locorum aut per fugij præsidium, nisi in solo Deo: ille umbro, clypeus, refugium, & turris. Quod cum re ipsa Augustinus exper-*

tus esset, quasi gratias agens ait: *Ego te offende-
bam, & tu me defendebas. O benignitatem
immentam, misericordiam incredibilem! To-
tus, cheu, terrarum orbis & omnibus in lo-
cis, peccatorem velut criminis reum ad di-
uinam Maiestatis tribunal pertrahere cupit,
eique actionem intentare; sed Deus è contra
eundem abscondit ac protegit: Abscondet eos
in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominū.
Dicant igitur magna cōfidentia peccatores,
Deus refugium nostrum, & virtus, adiutor in
tribulationibus, qua inuenerunt nos nimis.*

Et vero benignissime & clementissime Domine, vnicum præsidium, tutela ac confugium peccatorum es: quos si sub vmbra alarū tuarum non admitteres, si ab iniuria insidiantium non defenderes, mundos eos ex iustitia ad necem pertraheret. Hinc hodie ad te recurrunt, & tu vicissim eos tanta benignitate recipis & complecteris, vt synagoga Iudæorum non parum obstupescat murmurans, & honorem tuum lacerans, at non est quod miremur. Mirumne est, ait Chrysostomus, peccatores ad te confugere, cum in tereperiant, quidquid opus habent, si enim mortui sunt, tu illorū vita: si errent, tu via: si fide fatigati fatiscant, tu requies & refectio: si caculant, tu lamen & fax. Quin & Mediolanensium columen Ambrosius, omnes adeo mortales inuitat, vt ad te in necessitatibus confugiant, in te siquidem omnia remediorum genera reperire est: si enim ageris, tu medicus; si febris astuamus, tu fons & refrigeratio; si auxilio indigemus & ope, tu potentia & virtus; si mortem horrescimus, tu nobis vita: si ad cælum pertingere contendimus, tu via es; si tenebras & caliginem detestamur, tu lumen & solis iubar. Nos igitur omnes, qui è peccatorum numero sumus, hodie ad te recurrimus, te in asylum coopramus, tibi veluti medico plagas nostras detegimus, & agritudinem patefacimus. Noli igitur Domine nos repellere, sed benigne nos admittite, benignum te nobis ac clementem ostēde, peccatis admissis indulge, & concede vt tandem aliquando ad æternam pertingere beatitudinem mereamur, cuius nos cōpotes reddant Pater & Filius & Spiritus sanctus, AMEN.

DOMI-